

JOSEPHI LOMBERG

MAJORIS ARCHIDIAGONALIS ECCLESIE BONNENSIS CANONICI CAPITULARIS
Juris Gentium, & publici Rno-germanici, nec non Historiarum Professoris

SEPTIMA
EXERCITATIO PUBLICA
DE

M O D I S

IMPERII CIVILIS

JUSTE ADQUIRENDI, ET REGULARITER AMITTENDI,
IN GENERE, ET SPECIATIM:
DE

ELECTIONE & CORONATIONE IMPERATORIS
REGISQUE ROMANORUM, ET AUGUSTÆ,

NEC NON DE:
INTERREGNO, ET VICARIIS IMPERII.

Q U A M

vna cum Corollariis selectioribus

SUB
PRÆSIDIO AUTHORIS

IN
Aula majori Academica Electoralis Gymnasii Bonnensis

PUBLICÆ DISQUISITIONI SISTIT
prænobilis ac eruditus Dominus

CONRAD. JOSEPH. BACHEM Bonnensis
Jurium Auditor.

Anno MDCCLXXVI. Die XXV. Julii.
Horis consuets.

BONNÆ, in Typographia Aulica.

.II

Diss.
jur.
28.

Diss. jur. 28

P R O S P E C T U S

Tituli XII. de justis Imperium civile acquirendi Modis,
in Genere, & speciatim:de Electione & Coronatione Imperatoris,
Regisque Romanorum & Augustæ.

I.

Imperium civile ordinariò acquiritur vel *Electione* (1) vel *Succeffione*. Hæc dividitur in *patrimonialem* (2) *familiarem* (3) ac simpliciter *legitimam* (4) vti verò *Succeffio patrimonialis* alia est *perfecta* (5) alia *imperfecta* (6) ità *Succeffio familiaris* æquè abit in *gradualem* (7) & *linealem* (8) quæ vel est *cognatica* (9) sive *agnatica* (10) sive *mixta* (11) quæ tres diversæ Succeffiones lineales, *Castellana*, *Salica*, & *Narbonensis* cæu *Austriaca* (12) compellari solent.

- (1) Sic Imperium dicitur Electitium, ubi Imperans eo fine eligitur, ut illo deficiente alius per novam Electionem pro arbitrio substituatur -- quod si Successor hæud pro arbitrio, sed ex certâ duntaxat familiâ possit eligi, Successio obtinet mixta.
- (2) Quandò scilicet Imperium simpliciter acquiritur citrà Conditionem, cum ipsâ alienandi facultate.
- (3) Vbi Imperium citrà facultatem alienandi, cum Jure hæreditario translatum est certæ familiæ, quæ idèd Stirps Regnatrix (Stem-Familie) adpellatur.
- (4) Si nempè latâ Lege fundamentali cautum sit, ut alia minùs definita succedendi ratio habeatur, veluti, si tale Jus certæ Civium aut Procerum qualitati adhæreat.
- (5) Vbi Imperans singula civitatis territoria dividere, ac vel in partes subjectivas distribuere, & sic divisâ per partes alienare, ipsamque Gubernandi formam pro lubitù valet immutare.
- (6) Vbi quidem ad Regem pertinet facultas transferendi Imperium, sed non nisi intègrum, atque indivisum.
- (7) In quâ Lineæ ratione non attentâ, proximitas duntaxat spectatur ipsius Personæ succedentis habito respectu sive ad primum Adquirentem, sive ad ultimum Possessorem.
- (8) In quâ Imperium continuè ab vno ad alterum devolvitur in Lineâ rectâ, ità tamen, ut deficiente in eâ Successore fiat transitus ad Lineam propinquiorem.
- (9) In quâ Primogenitus quidem Secundogenitum, & mas ejusdem Lineæ foeminas omnes excludit, masculo tamen deficiente in subsidium vocatur Lineæ ejusdem foemina proximior, quæ etiâ secundæ Lineæ maribus præfertur.
- (10) In quâ foeminæ perpetuè sunt exclusæ.
- (11) In quâ foeminæ non nisi extinctis omnium Linearum maribus admittuntur.
- (12) Quatenùs vigore celeberrimæ Sanctionis pragmaticæ, à CAROLO VI. Imp. p.m. communi Statuum ac plurimarum Gentium exterarum consensu stabilitæ, vnica ejus Filia MARIA THERESIA, modò Imperatrix vidua glor. imp. Ferrarum Austriacarum omnium Hæres fuit instituta, atque adversùs tot Hostes insensissimos Jure perpetuo confirmata. Vid. MOSERI acta publica, die Succession in den östereichischen Erblanden und Kaiser Karls VI. darüber errichtete Sanctionem pragmaticam betreffend. Frankf. 1732. -- cf. Corp. jur. publ. p. 1389 -- 1394. -- in diversis hisce succedendi modis, diversissimi quoque obtinet Juris, de quo in Corollariis subsequ. & fusiùs coràm.

II.

II.

Quam plurimum intersit *Reipublicæ*, in quâ *Imperium* est electivum (1) ut ipse eligendi modus ac forma, certis *Legibus publicis* ritè definiatur (2) hinc *Populus* jus suum, quod habet eligendi *Regem* (3) rectè transfert in certas *Personas* (4) quæ deinde per excellentiam *Electores* nuncupantur, quorum *Vni* ex tali *Collegio Electorali* æque conferendum est jus, singulos vniversim convocandi *Electores*, qui denuò non nisi per plura cèu suffragia majora, atque secundum *formulam* à *Populo* præscriptam (5) validè eligendi pollent auctoritate.

- (1) Vti verò *Monarchia*, sic æquè *Aristocratia* potest esse electiva, quatenus certis personis velut *Optimatibus* ipsum *Jus ad Senatum* conferri potest eo fine, ut iis deficientibus alii, pro lubitu *Populi*, substituantur -- *Democratia* verò semel stabilita perpetuò manet successiva, quatenus *Leges* in eâ fundamentales ipsum *Jus Comitiorum*, aut *Civium Familiis*, aut *Bonorum Possessoribus* attribuunt.
- (2) Quippe *Electio* nem tam intuitu *Personæ* electæ, quàm ipsius eligendi *Normæ*, illegitimam, *Populus* nullo *Jure* obligatur agnoscere.
- (3) Quatenus *Imperium civile* originariò residet penès *Populum*, atque ea est *Civitatis* natura, ut ultroneo totius *Multitudinis* consensu adstruatur. Vid. primam *Exercit. not. Posit. X. n. 1. 2. sqq.*
- (4) Quo minùs tumultuariè, sed tantò ordinatiùs fieri possit *Electio*, ut planè constet de ejus legitimitate -- vndè vix legitimos dixerim *Principes*, qui vel per *Seditionem* à *Turba*, vel ab *Exercitu*, cui *Electio* nis *Jus* non erat, ad *Imperium* fuère evecti, quo postremo ipsa sæpe numero *Reipublica Romana* fabulosis quasi *Titanum* motibus fuit exagitata, convulsa, conquassata, Testibus *Othonis*, *Vitellii*, *Vespasiani*, *Pescennii Nigri*, *Clodii Albini*, & *Septimii Severi Imp. p. p.* exemplis.
- (5) Hoc *Formæ Decretum* dignoscitur ex ipsâ voluntate, quæ *Populo* fuit, cum *Imperium* transferret, hæc verò elucescit, ex ipsâ *Electio* nis *instituentæ Normæ*, diuturno *Exercitio* pacificè continuatâ. -- Vndè talis *Lex* fundamentalis, vbi scripta non est, ipsi innititur observantiæ -- Hujusmodi *Legem Imperii* fundamentalem *Scriptam* habemus in *Auræ Bullâ*.

III.

Novæ Electio nis *Exercitium* naturaliter non dependet à *Potestate Imperantis* (1) quare is nec *Succefforem* *Populo* obtrudere, nec vel impedire valet ipsam futuri alterius *Imperantis Electio* nem, (2) Cui tamen, quatenus citrà præjudiciu m viventis *Monarchæ* eligitur, hujus se *Regimini* immiscere non licet (3) quod si verò *Imperans* è vivis decesserit, talis *Succeffor* statim ipso *jure* solium conscendit, quin nova *Electio*, sive *Inauguratio*, sive *Confirmatio* intercedere sit necessum. (4)

- (1) Plus namque *Potestatis* non habet, quàm *Populus* in eum transtulit.
- (2) Quatenus hanc sibi *Potestatem* ipse *Populus* reservasse censetur, cum *Imperium* transferret, consequenter à libero hujusmodi *Juris* reservati *Exercitio* nequit impediri -- sic vivo atque invito *RUDOLPHO II. Imp. MATTHIAS* electus fuit in *Regem Romanorum*.
- (3) Quippe electi *Succefforis Jus ad Rem*, ipsius *Monarchæ* viventis *Juri in Re*, nullatenus obstat; quod enim *Populus* non habet, transferre non potest -- sic ipsum *fidelitatis & subjectionis Juramentum* tali futuro *Succeffori* præstitum non nisi morte *Imperantis* subsecutâ stringit, & vim suam obtinet. -- Quare *Cives* ad *Reverentiam* quidem, non tamen ad *obedientiam* obligantur, quidquod contra *Majestatem* ejus utut impeditam, nihilominus committi possit *Crimen Læsæ*.
- (4) Quatenus actuale *Regiminis exercitium* post mortem *Antecessoris* ipso facto devolvitur ad *Succefforem* legitime electum, in quo illud hucusque censetur quievisse.

IV.

IV.

Vti *Regnum non patrimoniale* (1) regulariter à ordinariò vel *Electiõne*, vel *SucceSSIONe* sive graduale, sive lineali, eaque vel Castellana, vel Salica, vel Narbonensi ceu Austriaca acquiritur, ita *Imperium patrimoniale* vel *donatione* (2) vel iusto etiã *Bello* (3) potest comparari — tot verò diversi dantur *Imperium* acquirendi modi, quot *Populum* inter & *Imperantes* diversa intercedere queunt *Pacta*: ex quibus *Regnum* vel *electitium*, vel *successoriam*, sive *patrimoniale*, sive *non patrimoniale*, sive *familiare*, sive *simpliciter legitimum* (4) sive dein vel *Monarchicum*, vel *Aristocraticum*, vel *mixtum* (5) sive *plenum*, *absolutum* atque *illimitatum*, sive *minus plenum*, à *limitatum* (6) sive *æsymmetricum*, sive *precarium*, vel etiã *Laconicum* (7) prodierit.

(1) Quod cum ipsa alienandi facultate non est conjunctum, quale in dubio præsumitur omne Imperium, quatenus Civitatem gubernandi, eamque alienandi Jus, utrumque à se invicem quàm maximè disjungitur.

(2) Quatenus Princeps Imperium, quod habet, patrimoniale, in quem voluerit, pro libero arbitrio valet transferre, ut aded per Testamentum ei vocare liceat, sive extraneum, sive spurium præ legitimo Filio, dummodò vocetur persona alias habilis & idonea.

(3) Iusto Gladio autem Imperium acquiritur, vel ut est in Rege: vbi bellum fuerit personale, ceu potior causa Regis quàm Populi, & tunc Victor in Regis devicti Jura succedit, sed non ultra -- vel ut est in Populo: vbi bellum fuerit reale, ceu potior causa Populi quàm Regis, & tunc Victor in omnia Jura succedit, quæ Populo fuerunt, cum ab initio Imperium transferret, vid. Grot. L. 3. c. 8.

(4) Vide supra Positionem I. h. t. per totum.

(5) Vid. primam Exercit. nost. de Civitate. Posit. XII. n. 3. sqq.

(6) Vid. eandem Exercit. nost. de Civitate. Posit. XIII.

(7) Vid. alteram Exercit. nost. de Monarchia. Tit. IV. Posit. VII. n. 3. sqq.

V.

Imperium nostrum vti olim sub *Carolingis* hæreditarium magis (1) & *successivum*, sic hodie simpliciter *electitium* (2) non defertur nisi *Electiõne* legitima, quæ dicitur modus, quo *Electores* (3) à *Moguntino* tanquàm S. R. I. per Germaniam *Archiepiscopo* (4) ritè convocati (5) *Principem* Imperii Romano-Germanici (6) ad ejus Fastigium suo & reliquorum Statuum nomine (7) legitime (8) evehunt, ut ipsi præsit tanquàm *Caput*, & imperet secundum *Capitulationem*. (9)

(1) Quatenus ipsa successio ita fuit moderata, ut Familiæ quidem Jus valeret, quin Franci tamen ipsum nascendi Ordinem æquè semper observarent. Mascov. I. P. Lib. 3. c. 2. §. 1.

(2) A tempore CONRADI I. extincta cum LUDOVICO infante stirpe Carolingica -- contra Vitriarium Lib. 1. T. 1. 4. §. 2., 3. -- Præterquam quod à tempore CAROLI V. perpetuè insertum fuerit Capitulationi art. 2. §. 1. quod ipsis Imperatorum Familiis nullum sit succedendi Jus.

(3) Hi omnes atque singuli sunt evocandi, etiã non investiti, aut necdum confirmati, quatenus virtute Principatus Electoralis statim nanciscuntur Jus & Votum eligendi. A. B. c. 20. -- etiã Minorem Tutores, A. B. c. 7. §. 4. -- non tamen Capitula Sede vacante -- non vocatus sponte sua convenire debet, pro fidei virtute, quæ sacrum profequi tenetur Imperium. A. B. c. 1. §. 21. -- non comparentes sive in Persona, sive per Nuntios Legales, privantur suffragio pro illa Vice, quin absentia sua alios impediunt, A. B. c. 1. §. 13.

[4]

- (4) Non tamen ut olim sub Banno eccl. & communicativè cum Palatino, juxta Speculum Sax. C. 27. & Suevisum, L. 1. C. 29. "sollen sie ein Gespräch gebieten zu Frankfurt, das soll gebieten der Bischof zu Mayn bey dem Bann, und der Pfalzgraf am Rhein bey der Acht" -- neque à Capitulo Sede vacante, quod idè casu obviente statim eligere solet Archi-Episcopus; quid quod vigore unionis Electoralis, quam exhibet Linnæus Tom. 4. jur. publ. in Addit. ad Lib. 3. c. 2. p. 314. Officium Moguntini, si Sedes vacua sit, Trevirensi expediendam detur.
- (5) Intra Mensem à die Notificatæ mortis cæsareæ -- Francofurtum ad Mœnum. A. B. c. 1. §. 24. per Nuntios Moguntini, & propriis ejusdem sanctibus -- Litteris Patentibus, Sigillo majori signatis -- relicto Electoribus ad comparandum continuo 3. Mensium spatio. A. B. c. 1. §. 18. 19.
- (6) Et quidem vel ed potentiorem, quo magis hodiè deficiunt Imperii Domania -- Christianum, justum, bonum atque utilem pro salute Populi christiani, A. B. c. 2. -- Ex Sanguine germano legitimè ortum: ne splendor Imperii transferatur ad Exteros, in quibus non æquè præsumitur benevolus ergà Germaniam affectus -- Etatis legitimæ, quæ hodiè est annus decimus octavus, juxta Capit. JOSEPHI II. art. 3. vid. Chr. God. HOFFMANN de ætate majori in Electione Imperatoris observandâ. Frf. 1734. -- cf. Phil. Frid. HANE, an Imperatorem R. G. à Principum Eccl. numero eligi quid impediatur? Kll. 1753.
- (7) Jure tamen proprio suis Principatibus adnexo -- quomodò hoc eligendi Jus omnibus olim Imperii Proceribus ita tamen competierit, ut Episcopi & Provinciarum Duces primas in Electione partes haberent? quomodò tandem ad septem Archi-Principes sensim fuerit reductum? desuper fufius coram in nostris Prælect. Hist.
- (8) Per suffragia majora & secundùm Leges fundamentales sive Scriptas, sive in ipsâ Imperii observantiâ tanquàm Lege non scriptâ comprehensas -- vid. DAN. HOFFMANN de pluralitate Suffragiorum in Electione Imperatoris. Tüb. 1742.
- (9) Vid. alteram Exercit. nostr. Tit. VI. §. IV. n. 2. -- cf. Jo. Jac. Jos. SÜNDERMALER. Diff. de Jure capitulandi inter S. R. I. Electores & Principes controverso. Wicob. 1747. -- Alex. HAMMER. Dissq. utrùm Capitulatio novissima absque communi statuum consensu adornata, Legibus Imperii fundamentalibus accensenda? Bam. 1747.

VI.

Un solenni *Imperatoris Electione* quò ad *Ritus & Cæremonias* tria obveniunt à consideranda: I. *Antecedentia* (1) II. *Electio* ipsa (2) III. eandem *subsequentia* (3) quò præprimis spectat *Coronatio Cæsareâ* (4) quæ dicitur actus, quo legitimè Electus, *Coronæ Aquisgranensis* (5) impositione, atque *Insignium* (6) traditione, ab *Electore Metropolita*, cui pro tempore hoc jus competit (7) solenniter inauguratur; quem *Coronationis* actum ipsæ solennes subsequuntur *Archiefficiorum* functiones (8) *regale Epulum* (9) aliique *Ritus* non nulli (10) *Legatione* denuò, si non ut olim solenni, sic dictâ: *Obedientiæ*, saltim minùs solenni ceù arbitrariâ, sic dicendâ: *Observantiæ*, *Romani* dirigendâ. (II)

- (1) Quæ singula juxta Ordinem recenset Vitriar. L. 1. T. 6. §. 14. sqq. de quibus coram. vide A. B. c. 1. 2. 3. & 4. per totum.
- (2) Vid. Jod. DAN. HOFFMANN, de Electione & Coronatione Imperatoris Regisque Romanorum generatim, & de Loco Electionis atque Coronationis Regis Romanorum speciatim, Tüb. 1754.
- (3) Vid. Wahlprotocolla & Wahldiarium R. Franz. I. -- cf. ausführliches Diarium, wie sowohl der Churfürstliche Collegial-Tag, als auch die Wahl und Krönung Ihro R. K. M. JOSEPHS II. in der Reichs-Stadt Frankfurt am Mayn, in dem Jahre 1764. vollzogen worden. Mayn; 1767. 3.
- (4) Ad quam aded neo-Electus obligatur vi Capit. art. 3. §. 8. -- vide Selecta jur. pub. T. XI. p. 401. "ob der erwählte R. Kaiser vor der Krönung die Majestæts-Rechte ausüben könne?"
- (5) Neglectâ à MAXIMILIANO I. Coronatione Lombardicâ æquè ac Romanâ; vndè nec à CAROLI V. tempore obtinuit ampliùs Expeditio Romana (Römer-Zug) ad monstrandum scilicet, Imperato-

- peratoriam Dignitatem nullatenus ab ipsâ Coronatione Romanâ, sed vel unice ab Electione legitimâ dependere -- fabula est, quod Corona hæc germanica sit argentea, Lombardica ferrea, & Romana tantum aurea. Vid. Luc. Ant. MURATORY Diss. de Coronâ ferrea. Rom. & Lipf. 1713.
- (6) Vid. alteram Exercit. nost. ad Tit. de Monarchâ I. R. G. in Spec. Polit. univ. n. 14.
- (7) Hoc quidem Imperatorem coronandi & ungenti Jus, vi Aureæ Bullæ C. 4. §. 4. soli competit eminentissimo nostro Colonienfi, motâ tamen à MOGUNTINO Lite: utrum id non nisi jure Dioecesano Archi-Præfulis Colon. in Urbem Aquigr. debeat? facta fuit Transactio a. 1657. vi cujus quilibet in suâ Dioecesi, Coronatione verò alibi celebrandâ, uterque alternis Vicibus Imperatorem habet consecrare. Vid. Corp. jur. pub. p. 1028. -- Capit. art. 3. §. 9. -- cf. Ge. Lud. BœHMER, Origines præcipuorum Jurium Archi-Ep. Colon. Gœtt. 1753. §. 21. -- Herm. CONRINGII, adfertio Juris Moguntini in coronandis Romanorum Regibus. Helmst. 1656. -- cf. NELLER de Jure succedaneo coronandi, Archi-Episcopo Trevirensi, quâ Belgii & Germaniæ Primati, vindicato. Trev. 1751.
- (8) Quales definiuntur in Aurea Bulla C. 27. -- vid. Jo. Chr. WAGENSEIL, de summis S. R. I. Officialibus & Subofficialibus. Alt. 1686. -- Jo. Ja. MASCOVII. Diss. de Originibus Officiorum S. R. I. aulicorum. Lipf. 1718. -- de Pincernatu Bohem. vide sis: de SENKENBERG vom lebhafsten Gebrauch des alten deutschen Rechtes c. 3. §. 77. -- de Dapiferatu Bav. vid. de OLENSCHLAGER p. 332. & 403. -- cf. HENNIGES, ad J. P. p. 69. sq. -- Jo. Dan. KœHLER, de Electoris Sax. S. R. I. Archi-Mareschalli Functionibus &c. Gœtt. 1746. -- Jo. Frid. JOACHIM, de Archi-Camerario S. R. I. Hal. 1736. -- de Archi-Thesaurariatu Palat. vide sis J. F. JOACHIM, vermischte Anmerk. T. 1. p. 27. sqq. -- huc pertinent: Jo. Henr. de JUSTI. historisch und jurist. Schreiben. T. 2. p. 16. sqq. -- Selecta jur. publ. T. 44. p. 1. sqq. -- cf. Capit. JOSEPHI II. art. 3. §. 5.
- (9) De quo vide sis Auream Bullam. C. 28.
- (10) Huc pertinet ipsa solennis Creatio Equitum -- receptio Imperatoris in Canonicum Ecclesiæ Aquigr. -- Festum solenne gratiarum -- Solennis Audientia pro Legatis -- Visitationes honorariæ -- Magistratus loci Homagium &c. vid. PÜRGER Elem. jur. publ. L. XIV. c. III. §. 480. sqq.
- (11) Ut scilicet ipsi summo PONTIFICI innotescat, qualem PROTECTOREM legitimâ Electorum designatione acceperit Ecclesiæ, à multis indè sæculis invaluit Legatio, quam vocant: obedientiæ, quâ obsequium, quale Patri debet Filius, ipsi summo Pontifici spondebatur, à quo pristino tamen obsequii præstandi rigore multum remisit novior ætas: Imperatore neo-electo filialem solummodò observantiam spondente, citrà solennem ac vel debitam hujusmodi obedientiæ Legationem -- vid. Chr. Gotl. BUDER, de Legationibus obedientiæ Romanis missis. Jen. & Lipf. 1737. -- cf. MOSER Tom. 2. p. 292.

VII.

Vi antiquissimæ *Imperii Observantiæ*, non nunquam superstite adhuc *Imperatore* futurus ejusdem eligitur *Successor*, speciali sensu *Rex Romanorum* (1) vocatus, idque vel *Imperatore* ipsomet instigante, vel eodem etiã invito (2) *Electo*ribus ultrò mediantibus (3) quæ *Regis Romanorum* tam *Electio* quam *Coronatio* tantum non per omnia (4) ad ipsam *Inaugurationis Cæsareæ* normam, legitimè (5) est peragenda. (6)

- (1) Præter Titulum semper augusti atque Majestatis, pro Insigni utitur Aquilâ unius Capituli -- vid. Henr. Ferd. de Lynker, Nachricht von den Vorzügen und der Titulatur eines R. Königs, vor desselben Erhöhung zum kaiserlichen Thron. Hal. 1768.
- (2) Capit. art. 3. §. II. "mit oder ohne des regierenden Röm. Kaisers Consens, wann derselbe auf angelegte Bitte ohne erhebliche Ursache verweigert werden sollte."
- (3) Dan. NETTELBLATT, de Jure Imperatoris, Electorum, & statuum Imperii circa quæstionem: an? in Electione Regis Romanorum. Hal. 1753. -- Frid. WIDEBURG, de Libertate Electorum in eligendis Rnorum Regibus, Hal. 1744.

- [4] Sic *ELECTORES* primùm in conventu Collegiali habent discutere quæstionem: an Electio sit instituenda? quo facto, si visum fuerit, ipse Conventus collegialis brevi manu mutari potest in Conventum Electionis, qui tamen non sine novâ convocatione Moguntinâ intercedente, solet inchoari -- sic ubi Filius eligitur Imperatoris, ejusdem exigitur consensus -- sic ipse tantùm Imperator, non electus Romanorum Rex, convocari curat Archi-Officiales ad solennia Coronationis -- sic ipse etiã *CÆSAR* factam Regis Rnorum Electionem & Coronationem, comitali statuum Conventui significat, qui deindè Litteras gratulatorias ad ipsum decernit. Vid. *neue Staats-Kanzley* T. XII. p. 2. sqq. -- cf. Jo. Jac. SCHMAUSSII, *Sammlung unterschiedlicher theils gedruckter, theils ungedruckter Schriften die R. Königswahl betreffend, mit nöthigen Anmerkungen*. Gœtt. 1751. -- Ad. Gottl. SEMMEL, *Ehrendächens der R. Königswahl und Krönung JOSEPHS II.* Augsp. 1765. 8.
- [5] Secundùm A. B. atque Imperii observantiam, ex quâ Minorem quoque eligi posse, Exemplo JOSEPHI I. jam constat, quem tamen, ubi Imperator intrâ illius minorennitatem è vivis discessisset, adstrinxerat Capitulatio art. 47. ut ad annum ætatis XVIII. ipsam Imperii Administrationem suo Nomine Vicariis debuisset relinquere -- vid. Capit. novif. art. 13. §. 9.
- [6] Vid. *Wahl-Diarium* S. JOSEPHS II. -- huc facit: God. Dan. HOFFMANN. de Capitulationibus Regum Romanorum. Tüb. 1764.

VIII.

Electus ac vel coronatus *Romanorum Rex*, (1) solâ gaudens *Majestate personali*, (2) quamdiù ipse regit *Imperator*, nullis pollet *Juribus majestaticis* (3) *Imperatore* tamen utprimùm defuncto, statim succedit in *Dignitatem* *Ejus realem*, citra novam sive *Confirmationis* sive *Inaugurationis* Solennitatem, *Habenas Imperii* ipso Jure capeffens. (4)

- [1] Chr. Gottf. HOFFMANNI, *Diss. de Rege Romanorum vivente Imperatore electo*. Francof. 1733.
- [2] Reali, cœ ipso Regiminis exercitio quasi dormiente -- vndè juramentum fidelitatis Regi R. præstitum, non nisi cum morte Imperatoris suam obtinet obligandi vim.
- [3] Vndè in Capit. JOSEPHI II. art. 30. §. 3. "wir sollen und wollen uns auch keiner Regierung oder Administration im H. R. Reiche, so lang Ihro kaysrl. Majestät im Leben, unterziehen."
- [4] Vndè fertur Brocardicum: sobald der Kayser vom Pferd herabsteigt, setzt sich der Römischer König darauf -- vid. J. H. EBERHARD. *Beantwortung der Frage: ob eines R. Königs Antritt der kaysrl. Regierung mit ewigen Feierlichkeiten, und besonders mit einer neuen Krönung verbunden sey?* Strf. 1765.

IX.

Ipsa *Augusta* (1) cœ *Imperatricis* in germanja *Coronatio* (2) ex arbitrio dependet *Augustissimi Mariti*, in quâ Solennitates, paucis exceptis (3) ferè cum ipsâ *Inauguratione Cæsareâ* conveniunt, nisi quod *Imperatrix Augusta* alios sibi que proprios habeat *Officiales Palatinos*: I. *Archieancellarium* (4) *Episcopum Fuldensem* -- II. *Archiepiscopus ballum* (5) *Abbatem Campidunensem* -- III. *Archiepiscopus* (6) *Prælatum S. Maximini prope Treviros* -- IV. *Supremam Curie Magistram* [*Obrist-Hofmeisterinn*] cui in singulis hujusmodi Solennitatibus ante omnes *Principum Imperii Filias & Sorores*, Præcedentia à *Ferdinando III.* Imp. per speciale *Decretum* de 16. Jul. A. 1653. fuit concessa. (7)

- [1] Cui & Tit. Majestatis, & semper augustæ tribuitur. // Crimen etiã læsæ Majestatis in eam admittitur // Regiminis tamen per se confors non est // Imperio quoque maritali, quò ad statum ipsius privatum manet obnoxia // vid. Everh. Orto, Diss. de Augusta. Traj. 1727. // Abasv. FRIRSCH. de Augusta Romanorum Imperatrice. Rudolst. 1674. // Godof. STRAUSS. de Juribus Augustæ competentibus. Witt. 1683.
- [2] Jo. Jac. MASCOVIT, Diss. de Regali Imperialique Augustorum Augustarumque Coronatione. Lips. 1723.
- [3] Sic nec Gladius Augustæ præbatur, nec Equites creat, nec iisdem Archi-Officiorum Imperialium functionibus honoratur &c. // vid. Rud. à BÜNAV, de Ornamentis & Honoribus Augustarum. Lips. 1733.
- [4] Jo. Wilh. WALDSCHMIDT, de Augustæ Imperatricis Archi-Cancellario. Marp. & Lips. 1715. // Jo. Ad. ULRICI Diss. de Archi-Cancellariatu & Primatu Abbatis Fuldenfis. Herbip. 1724. // cf. cl. HEUMANNI Comment. de Re diplomaticâ Imperatricum Augustarum. Norimb. 1749. // hæc facit: Jo. Frid. JOACHIM, Geschichte der Reichs-Läge. T. 1. p. 343. sq.
- [5] Jo. Car. KÖNIG, de Archi-Mareschallo Augustæ Imperatricis. Marp. 1748. // Vid. LÜNIGS Reichs-Archiv. P. Spec. Contin. 1. p. 179. & 181.
- [6] Aug. Ben. MICHAELIS. Diss. de Archi-Capellano Imperatricis Augustæ. Hal. 1750. // Vid. Diploma FERDINANDI II. apud. ZYLLESIIUM in Defens. Monast. S. Maximini. P. 3. n. 86.
- [7] In Corp. jur. publ. p. 895. // Vid. vollständiges Diarium von allem, was sich vor, in und nach der Erönung der N. Kaiserinn Maria Amalia, in Frankfurt am Mayn zugetragen. S. f. 1743. f. X.

Quod Jus attinet *primariarum Precum*, jam olim in Cœnobiis Virginum, *Augustæ neo-Coronatæ* competens (1) sicut id vnicè ad ipsam redit *Observantiam* (2) ità noviori Ætate nulla ferè ejusdem deprehenduntur vestigia. (3)

- [1] Ge. Frid. DEINLIN, de jure primariarum Precum Augustæ Imperatrici competente. Alt. 1743. // Gottl. Aug. JENICHEN, von dem Recht der ersten Bitte einer N. Kaiserinn. Gief. 1757.
- [2] Ge. Henr. AYRER, de jure primariarum Precum. Gœtt. 1740. p. 174. sqq.
- [3] Sic ultimæ, de quibus constat, fuere Preces BLANCÆ MARIE, Maximiliani I. Vxoris, de a. 1494. quas exhibet Jos. Ant. de RIEGGER, in Corp. jur. publ. p. 93.

COROLLARIA

Ex Titulo XII. de justis Imperium civile acquirendi Modis, in Genere & in Specie.

- I. V)ti omne Imperium in dubio præsumitur *electitium*, ità *Civitas successiva* non statim *patrimonialis*, sed in Regula *familiaris* esse censetur.
- II. *Successio* autem manifestò *patrimonialis*, ordinariò non nisi *imperfecta* intelligitur.
- III. *Imperans patrimonialis*, etiã *imperfectè* talis, *Regnum* pro libero planè arbitrio transferre valet per *Testamentum*, ut seclusà adeò *Familiã* eidem vocare liceat *Filium* sive *naturalem*, sive *adoptivum*, ac vel *Extraneum*, sive adeò *feminam*, dummodò vocetur Persona aliàs habilis & ad *Regimen* idonea.
- IV. *Rege patrimoniali* tamen intestatò decedente, ipsum succedendi jus ità competit *proximo Heredi*, ut Mas fœminam, *Linea Primogeniti Secundogenitum*, & *Nepos* ex primo ipsum Patrum *Jure Representationis* absolutè debeat præcedere;

- V. Contentio Filium *adoptivum* inter & *naturalem* orta in *Succeſſione inteſtata*, ita eſt decidenda, ut *adoptivus* omninò ſit præferendus.
- VI. Hujusmodi verò in *Regno patrimoniali* Succeſſorem, nec *Populus* excludere, nec vel *novæ Regiminis formæ* ullo jure valet adligare.
- VII. Vbi verò *Rex patrimonialis*, familiã penitùs extinctã, inteſtato ceù nullã diſpoſitione factã deceſſerit, *Imperium* devolvitur ad *Populum*, qui jam ad primavã Libertatem ſuam rediſſe cenſetur.
- VIII. Vti *Succeſſor patrimonialis* Jure perfecto ſolvere tenetur debita ſui *Anteceſſoris* tam realia quàm perſonalia, ita Succeſſor ſive *familiaris* ſive *electivus* non niſi ad Solutionem debitorum ſui *Anteceſſoris* realium Jure obligatur.
- IX. In *Succeſſione Lineali* Primogenito non obest, eundem fuiſſe natum, antequàm Pater *Regnum* adoptaverat.
- X. Vti in *Succeſſione cognaticã* extinctis ejuſdem Lineæ Maribus, Filia excludit Patrum & Conſobrinum, ita Fratris Filia Jure præfertur Filio Sororis,
- XI. In quã ultimi etiã Poſſeſſoris Filia, omnes Anteceſſoris Filias earumque Liberos abſolutè præcedit.
- XII. In *Succeſſione Lineali mixtã* ceù *Auſtriacã*, Frater defuncti vel ex Fratre Nepos, præoptandus eſt defuncti Filia, aut ex Filia Nepoti etiã natu majori.
- XIII. *Legitimæ Succeſſionis* Definitio, ipſo nullatenùs *Imperii* exercitio, ſed arcto comprehenditur *Legum fundamentalium* ambitu.
- XIV. Vndè in *Regno familiari* Monarcha quantumvis abſolutus, nec ipſam *succedendi Rationem* determinare, nec ſemel ſtabilitam pro lubitu valet immutare,
- XV. Nec vel ipſi *Populo* aliam fas eſt ſtatuendi *Normam ſucceſſionis*, invitã *Stirpe Regnatrice*, cui ſecùs *Jus quaſitum* adimeret.
- XVI. Licebit tamen iis, qui ſunt ex *Familiã regnante*, de Juribus Succeſſionis ad ſe pertinentibus ſine *Populi* detrimento, *Pactis* invicem aut *Transactionibus* diſponere.
- XVII. Plurimùm verò intereſt, ipſum *succedendi Ordinem* quàm accuratiſſimè definiri, ne orto de *Perſonã Succeſſoris* dubio, turbis motibusque acerbis concutiatur *Reſpublica*.
- XVIII. *Imperium Rno-germanicum* vti à *Cæſaris Patrimonio* planè alienum, ita ſimpliciter *electivum* eſt, ac merè *Uſufructuarium*, ut auguſtiſſimis *Imperatorum* Familiis nullum ampliùs ſit *succedendi Jus*.
- XIX. *Imperatoria Majeſtas* à Summo Pontifice nullo unquàm Jure conferri potuit mediante *Coronatione Romanã*, hodiè non immeritò neglectã.

- XX. *Imperatorem, Regemque Romanorum* eligendi Jus, solis & singulis absolutè competit *Electoibus*, utut nec investitis, nec confirmatis, aut non vocatis, cæteris omnibus Imperii *Primatibus* Jure perpetuo exclusis.
- XXI. Vnde & *Jus capitulandi* ab *Electoibus* rectè vindicatum, frustra in Controversiam vocatur à *Principibus Imperii*.
- XXII. *Electo* sive ex sola *Moguntini* negligentia, sive adeò ex Contemptu ad *Electioem* non vocatus, contra ipsam *Electioem* per Majora jam factam nullo Jure valet excipere tanquàm irritam, sed isto Casu eandem subsistere firmam, amore boni Publici contendimus.
- XXIII. Ipsam tamen Injuriam persecutionem contra *Moguntinum, Electo* taliter neglecto, nullatenus prohibitam esse statuimus.
- XXIV. Hoc autem *convocandi Jus*, Sede *Moguntinã* vacante, frustra prætenditur à *Capitulo*.
- XXV. *Electoibus* liberum non est, *suffragium* mittere per Literas, ac vel illud in *Mandato Legati* ad certam restringere Personam,
- XXVI. Vnde *Nuntios* ad Actum hujusmodi *Collegalem* oportet venire instructos *Mandato cum Libera*, qui etiàm sin fuerint *legales*, ab Augusto hoc *Conventu*, Jure arcentur.
- XXVII. Quamvis in *Speculo Saxonico* C. 27. §. 3. æquè ac in *Suevico* L. 1. C. 29. §. 3. Vtrique & *Moguntino* & *Palatino* conjunctim competiisse legatur ipsum ad *Electioem convocandi Jus*, huic tamen Opinioni tanquàm vix verisimili non adstipulamur.
- XXVIII. *Imperator* impedire nequit *Electores*, quominus Eodem vivo atque invito futurum valeant eligere *Throni Successorem*, ipsis tamen *Juribus Cæsareis* per omnia salvis.
- XXIX. Vnde *Rex Romanorum* æquè ac *Imperatrix Augusta* quæ talis hæud pollent *Majestate reali*,
- XXX. *Ambo* tamen *Criminis læsæ Majestatis* tam *passivi* quàm *activi* capaces funto.
- XXXI. *Pluralitas Suffragiorum* ad ipsam *Electiois Legitimitatem* absolutè necessaria, nullatenus quoad *Electores* singulos, sed vnicè quoad totum *Electorale Collegium* est intelligenda.
- XXXII. Antiquissima est *Archi-Episcopi Coloniensis* Dignitas & specialis Prærogativa, electo *Romanorum Regi* primum imponendi *Diadema Regium*,
- XXXIII. Eadem verò *Consecrationis Imperatoris* partes, hodiè cum *Moguntino*, per *amicabilem Compositionem* communicatæ, nostro *Eminentissime Coloniensi* non ex *Jure tantum Diæcesano*, sed ex ipsa etiàm *Lege publica*, Jure consequenter fortiori, Tituloque illustriori competunt.

PROSPECTUS

Tituli XIII. de Modis, quibus Imperium civile desinit, in Genere, & speciatim: de Interregno, & Vicariis Imperii.

I.

Diversi, quævis Imperium cum patrimoniale tum usufructuarium, sive Electitium, sive successivum amittitur, Modi vel esse possunt extraordinarii, scilicet: I. Resignatio, cæu Abdicatio (1) — II. Derelictio (2) — III. Donatio, Cessio, vel Alienatio jure facta (3) — IV. Exheredatio (4) — Regis Depositio cæu Detronizatio legitima (5) — V. Dementia demum insanabilis Imperanti superveniens. (6)

- [1] Imperium abdicare cæu resignare dicitur: qui Populo expressim declarat, se juribus renuntiare majestaticis -- Abdicatio innoxia omnino licet, secus in tempeſtiva, qualis foret: imminente bello, vel in ætate pupillari futuri Successoris, ac vel Lege fundamentali prohibente -- nec obstat Pacti Vinculum, à quo aliàs non nisi mutuo Consensu potest resiliiri -- Populus enim sine Detrimento æquè benè ab alio potest gubernari, nec qui Regimen suscipit, idè ad ultimum vitæ momentum se illud retenturum esse promittit, id quod nec ipse Populus intendisse censetur -- Wolff. Jus nat. T. 8. §. 366.
- [2] Derelinquit Imperium, qui tacitè quidem, sed factis tamen indubitatis monstrat, se nolle imposterum Civitati præesse. -- Sic Henricus Salesius Poloniarum Rex, tacitè Regnum deseruit, ipsoque facto Imperium amisit, quod idem de CAROLO XII. Rege Sueciæ ad Turcas profugo nequit affirmari -- Hujusmodi derelictio cæu tacita Renuntiatio Imperii sive Patrimonialis sive familiaris, non nisi solis nocet Libèris necdum in Vtero materno existentibus -- Vti verò jam natis ipsum Jus, sic & foetui ipsa spes juris nequit interverti, Grot. L. 2. C. 4. §. 10. & C. 7. §. 2.
- [3] Intelligenda solummodò de Imperio patrimoniali, secus de Usufructuario, ut tunc plene, atque absoluto cæu illimitato, cujus alienatio qualiscunque ipso jure nulla, consequenter omni effectu est destituta, quatenus in tali Imperio ipse sibi Populus omnem reservavit alienandi Potestatem, Principi penitus adentam -- Unde Rex Usufructuarius, inscio Populo, Imperium alienando, per se non amittit Majestatem, actus enim, qui ipso jure nullus est, nullum producit juris effectum consequenter nec RESIGNANTI nocet, nec RESIGNATARIO prodest. Vid. Grotium. Lib. I. C. 4. §. 10.
- [4] Quà saltim admittitur Jus Imperii patrimonialis, secus familiaris, in quo filius jam conceptus, jus suum per Patrem adquisivit ab ipso Populo, unde ad Successionem foret admittendus, Exheredatione non attentà, quatenus Patris non est, determinare Imperii habendi Modum, quale de Regno Usufructuario disponendi jus nullatenus ad Majestatem, sed potius ad ipsa pertinet Populi Reservata. Vid. supra. n. 2. in fin.
- [5] Cujus in Imperio non patrimoniali Cause generaliores à pluribus adlegari solitæ sunt sequentes: si Imperans sit verus ac declaratus Tyrannus: si contra Leges fundamentales graviter & cum pertinaciâ impingat: si indignum se prorsus gerat sacro Regis nomine &c. -- Dicunt præterea: ipsam hujusmodi Detronizationem, ut sit legitima, fieri debere secundum Leges fundamentales strictissimè, magisque in favorem Principis interpretandas, ejusque Executionem nullatenus toti Populo, tumultuariè & raro intrâ officii limites agenti, sed solis competere & singulis Reipublicæ Ordinibus, Populum univèrsam ed consentientem representantibus, idque non nisi summâ necessitate urgente -- Ut verò de communi adfensu Populi certò possit constare, ipsam Cause cognitionem non tam in particulari quodam Procerum Collegio, quàm in ipsis plenis Comitibus ritè esse absolvendam -- Ego hic subsisto: nam vel adest LEX COMMISSORIA cæu Pactum Imperantis cum Civibus initum, ut violatis cum

cum pertinaciâ Legibus fundamentalibus Imperio cadat, vel non adest? si adsit, juxta Principia superius adlegata ritè priùs definienda est Quæstio in Hypothesi: an Lex ipsam absolutè urgeat Regis Depositionem? si Lex talis non adsit: Subditis in Imperantem, nullum competit iudicium, id quod cum ipso subjectionis Pacto implicaret; PRINCEPS verò qui sibi propriæque Civitati nocere, ac vel aded eam totam evertere molitur, sanæ mentis haberi nequit, ut non jam tanquam Delinquens à Populo judicari, quin potius, tanquam furiosus securo loco includi, ac velut insanus custodiri possit; vudè evidens est, Detronizationem extra unicum urgentis LEGIS COMMISSORIÆ casum ad modos, quibus Majestas pereat, per se non pertinere. Vid. de Martini Jus Civit. C. XIV. §. 498.

- [6] Eo namque in Statu impossibile est, adsequi ipsum Societatis civilis finem, atque eatenus talis Imperans mente captus civiliter mortuus habetur, modò nulla planè adfulgeat spes reconvallescentiæ -- Sic nuperrimè adhuc CAROLUS III. Hisp. R. auditis Imperii Ordinibus PHILIPPUM Filium natu majorem sanâ mente destitutum, Regni incapacem declaravit, filiis natu minoribus Successionem deferendo.

II.

Ordinarius Imperii amittendi Modus est *Mors Summi Imperantis*, qualis Reipublicæ ceù Imperii saltim *electivi* Status, vocatur *Interregnum* (1) in quo *Majestas* iterùm devolvitur ad Populum (2) in cujus arbitrio est: an *Jura Majestatica* sibi retinere (3) an novum *Regem* (4) eligere, an *Rempubli-* *cam* intereà administrare velit per alios, ceù *Regni Vicarios* (5) quorum utpotè *Jura* vel ex *Lege fundamentali*, ac vel ex ipsa *Populi Concessione* sunt dimetienda.

- [1] Ceù tempus illud, quo Sedes Regia vacat, ab ipso ultimi Imperantis Decessu; usque ad novi Successoris Electionem computandum. --
- [2] Quatenus extincto subjectionis Pacto, primæva Populi Libertas naturalis reviviscit.
- [3] Ceù formam Regiminis democraticam, ceù popularem instituere -- Vudè narrat Herodotus Hist. L. 3. p. 124. "occisis in Persia Magis furtim regnantibus, Persarum ordinibus de novâ Civitate instituendâ in medium consulentibus, certum Patremfamilias Persicum, nomine: Otanem, pro Republica populari suam tulisse sententiam, quâ à reliquis omnibus, formam Regiminis Monarchicam præferentibus planè rejectâ, dictus Otanis ita Persas quasi ex Oraculo fertur adlocutus: Viri factiosi! quoniàm constat necessum esse, vnum aliquem ex nobis Regem fieri, sive per Sortem, sive per Multitudinis electionem, sive permissu Persarum quâ aliâ ratione: equidem ego vobis non refragor, qui neque præesse cupio, neque subesse: ast hæc Lege vobis Jus meum Imperii cedo, ut nulli vestrum, aut ipse ego, aut ullus meorum subsit." -- Quapropter, addit Herodotus: "factum fuisse, ut constitutâ jam Civitate Monarchicâ, electoque à Persis Rege, sola hæc Otanis Familia in Statu libertatis naturali vixerit, nulli Mortalium Subjecta, Leges tamen Persarum non transgrediens."
- [4] Sive Monarcham, sive Imperantem qualemcunque magis aut minùs limitandum -- Sic Romulo Civitatem Romanam fundare molienti, Populumque vocatâ Concione interroganti: ecquam Reipublicæ formam cæteris præeligendam existiment? hoc illicè fertur à Populo responsum: "nobis novâ Reipublicæ formâ non est opus, nec Regimen [Regium] à Majoribus probatum & per manus traditum mutabimus: sed & Priscorum consilia sequemur, quos non sine insigni prudentiâ illam Reipublicæ formam instituisse credimus: & præsentî fortunâ contenti sumus: cur enim illam incusamus? quùm sub REGIBUS nobis contigerint bona, quæ apud homines habentur præcipua: Libertas & Imperium in alios; atque hæc est nostra de Civitate sententia" DIONIS. HALICARN. in antiq. Rom. L. II, p. 80.
- [5] Tanquam viduatæ Civitatis Administratores, regulariter ex ipsis Reipublicæ Primatibus, sive ex Lege, sive ex ipsa Populi ordinatione, toties quoties citra Majestatem constituendos, quid quod aliis tamen Jus eligendi possit tribui, qui id non proprio, sed omnium totius Populi ordinum nomine exercent, uti Civis, in quem compromittitur, hujus compromissi potestate agit. Vid. de MARTINI l. c. C. 14. §. 483.

III.

III.

Quemadmodum in Regno electio Rege defuncto Interregnum incidit ordinarium (1) sic in Imperio successivo extincta penitus Familia regnatrice Interregnum habetur extraordinarium (2) & tunc in libero stat Populi arbitrio, cui Genti hoc Decus de novo conferre, aut quam aliam Regiminis formam instituere maluerit. (3)

(1) Quatenus ordinarium est, quod in Regno electio cum morte Imperantis ipsum expiret Imperium, & consequenter Interregnum toties quoties incidat.

(2) Quatenus extraordinarium est, totam extingui familiam, quæ utpote moraliter immortalis censetur ob continuas generationes -- Tale Interregnum incidebat in RUSSIA defuncta JOANNIS BASILIDIS Prole, cæterisque Regni hæredibus: Borisio, Theodoro, & Joanne Zuschio miserè pereuntibus, vidè Russi novam elegerunt Domum regnatricem Michaelis, Theodori Patriarchæ filii, ex quâ ad nostram usque ætatem, Alexius, Joannes, Petrus I. & II. ac denique Anna, vastissimo huic Imperio præsuere; CATHARINAM verò non tam Jure Successionis, quam extremo Mariti ejus Judicio ad supremum hocce fastigium evectam esse, nullus ignorat -- Idem jam olim contigit in nostrâ Germaniâ, extinctâ cum LUDOVICO infante, Stirpe Carolingicâ, germanis Proceribus ipsum Franconiæ Ducem CONRADUM I. suapte sibi Regem, ipsumque Regnum hucusque successivum jam electivum constituentibus.

(3) Vide supra Posit. II. h. t. Num. 2. 3. & 4.

IV.

Quum Imperator Rno-germanicus tanquam verus Monarcha (1) Superiorem in Mundo non agnoscens, nullius Potestati Judiciarie (2) nec vel certæ Legi Commissoriæ (3) sit obnoxius, sequitur: Detronizationem hæud spectare ad legitimos Majestatem Imperatoriam amittendi Modos (4) ad quos præter casum Mortis (5) ipsa Imperii abdicatio, ceu spontanea Resignatio absolute est referenda. (6)

[1] Vid. alteram Exercit. nost. Tit. de Monarcha Imperii. Posit. vnic. n. 5. & 7.

[2] Quæ verò de judicio PALATINI in CÆSAREM leguntur in A. B. Tit. 5. §. 3. Si crude intelligantur, proxime ad fabulas accedunt, nec vsu sequioris ævi comprobantur, cum certum sit, Palatinum quandòque non nisi velut ARBITRUM honorarium, Lites CÆSAREM inter ac STAVUS obortas judicasse, id quod ab aliis quoque STATIBUS non nunquam factum est, vti. c. RUPERTUM Imp. in Lite cum BERNHARDO Badensi, a. 1407. in nostr. COLONIENSEM compromisisse constat. De SELCHOW. Jus publ. §. 96. -- cf. Henr. Chr. de SENKENBERG. Fabula Judicii Palatini in Cæsarem. Frf. 1731.

[3] Vide supra Posit. I. h. t. Num. 5. -- nec talis CLAUSULA COMMISSORIA quatenus substantialiter differt à CASSATORIA, unquam inserta fuit CAPITULATIONI, quamvis in LEOPOLDI Electione consultaretur, annon expressis verbis sit inferenda? PUFFEND. Rer. Brandeb. L. 8. §. 26. -- Sic LUDOVICUS XIV. in ipsa præsertim PACE WESTPH. omnem commovit Lapidem, ut LEGEM ceu Clausulam hanc Capitulationi innecteret per manus STATUUM, quibus astutam nimis Imperioque exitiosam GALLORUM Status Rationem inspicientibus, omnis Ejus opera fuit perditâ. Vid. BURC. STRUVII jur. publ. Prudent. C. 13. §. 6.

[4] Cùm desuper tanquam de re nimis odiosâ nihil Legibus fuerit definitum -- Exempla verò Ludovici Pii, Caroli Crassi, Henrici IV., Ottonis IV., Friderici II., Ludovici Bavari, Adolphii Nassovii, atque adeò Wenceslai Imp. huc accessi solita, ad probandam solidam observantiam minimè sunt idonea, hinc BŒCLERUS in GROTIUM L. I. C. 4. §. 9. graviter loquitur: "fateor, Wenceslaum fuisse talem, qui in quovis Regno suis flagitiis potuerit patientiam excutere Civium Ordinumque animis, & Solio excidere: sed facta [Depositionis] quibus ignoscendum esse, magna ratio distat, nec jus constituunt, nec [observantiam] probant, Qui enim accuratissimè vult quæstionem juris excutere, desiderabit in Rep. Legem, quâ, quid tali

tali casu faciendum sit, definiatur? quodsi deficiente tali Lege ex Vsu & Consuetudine aliquid Consilii elicendum est, cautissimus quisque plurimum sapere videbitur." -- Propius igitur ad rationem constitutæ Reip. dicereinus cum VITRARIO L. I. T. 9. §. 4. in fine. Melius esse in tali Casu, Regem Rom. eligere, & vivo Cæsari adungere -- qui, si nihilominus armis prævalentibus in ipsum feratur Civitatis exitium, salvo moderamine incipatæ tutelæ, omnibus hisce mediis impediri potest, quæ ex jure defensionis, cuique naturaliter competente, proficiscuntur. Vid. Moser T. VII. p. 75. sqq.

[5] Jo. Heumann Diss. Observationes de Imperatore mortuo ex Annalibus & Legibus conquiritæ. Altorff, 1741.

[6] Quatenus Imperator nec Lege nec Observantiâ ad retinendum Imperii Regimen invitus obligatur -- Ipse verò Resignationis modus absolutè determinandus non est à CAROLI V. exemplo, tanquam meræ Voluntatis actû, nec observantiam suadente, nec Regulam præscribente, contra SELCHOVIUM L. c. §. 97. Vid. Jo. Will. Hoffmann Sammlung ungedruckter Nachrichten. Halle 1736. ubi Tom. I. "Acta und vollständige Beschreibung von der durch K. Karls V. Befehl zu Frankfurt A. 1558. vollzogenen Resignation der kaysrl. Würde." -- Cf. THUANUM L. 21. p. 627.

V.

Imperatore qualicumque Modo desinente, in defectu electi *Regis Romanorum* si majorennis (1) in Imperio nostro, quippe electio, oritur *Interregnum* (2) in quo ipsum univèrsale *Regimen* devolvitur ad *Vicarios Imperii* (3) & quidem vigore *Sanctionis Carolinæ* (4) ad utrumque Electorem: *Palatinum* (5) & *Saxonicum* (6) hæc tamen ratione: ut ille in Partibus Rheni & Sueviæ, cæu in *Jure Franconico* (7) hic verò in Locis, ubi *Jus Saxonicum* obtinet (8) *Vicariatum* exercent.

(1) Sic in Capit. Josephi I. art. 47. in Casum Mortis Cæsareæ tutela & Regimen Vicariis tribuitur, donec Rex Rom. adhuc minor annum ætatis XVIII. adimpleverit. -- Cf. Capit. art. 3. §. 15. & art. 13. §. 9. ubi: "Nach Absterben eines Kaisers oder in dessen Minderjährigkeit u."

(2) Vide Jo. Dan. ab Oleneschlager, Geschichte des Interregni &c. §. 1746.

(3) [Reichsverweser] qui confundendi non sunt cum priæris Imperatorum Vicariis, qui vel ad tuendam Jurisdictionem Cæsaream per Provincias erant constituti, vel qui Vices Cæsaris absentis gererent, quales hodiè fecus à olim liberè possunt constitui ab Imp p. Vsu obtinente, ut absente etiam Cæsare ordinarii Vicarii se præteriri hæud patientur, adeoque illis Imperatores & quidem Sigismundus Conradum Mogunt. & Carolus V. fratrem FERD. Vicarios Imperii constituentes expressè caverint: Provisionem hujusmodi extraordinariam non fore contra ipsorum jura præjudicio. Vid. Lünig. I. Contin. III. Fortsetzung p. 6. & II. Contin. p. 147. -- Cf. Jo. Ern. Kregel Diss. de Vicariatu Sax. in casu absentis Imperatoris. Lips. 1745. -- Capit. nov. art. 3. §. 15. -- & art. 13. §. 9. ubi: "in dessen langwähriger Abwesenheit außer Reichs."

(4) Cæu A. B. Tit. 5. §. 1. & 2. -- Vid. Ludewig Erläuterung der G. B. P. I. T. V. p. 503. sqq. Cf. Jo. Sigm. Heiders Betrachtungen über das V. Capitel der G. B. CAROLI IV. des heil. R. Reichs Vicariat betreffend. 1741.

(5) Hunc Palatini Vicariatum, diu contendit Elector Bavarix, tanquam unà cum Electoratu, per PACEM WESTPH. art. 4. §. 3. in se translatum; quæ Lites gravissimæ tandem A. 1745. sopitæ sunt amicâ transactione; quæ Vicariatum hunc, inter utramque Domum reddidit alternativum. Vid. Corp. Jur. publ. p. 1364. -- Mosers Staats-Archiv 1752. P. 5. p. 782. & P. 9. p. 610. & 923. -- Cf. Capit. nov. art. 3. §. 18. -- Franc. Haerberlin Diss. de Lite inter Ser. Domus Bavar. & Palat. super Exercitio Vicariatus Rhen. amicè compositâ. Helmst. 1748.

(6) Quod alter Vicarius in Saxonîa fuerit constitutus, id datum videtur Juri Saxonico, quod Saxones CAROLO M. Deditionem facientes sibi integrum servaverant, teste antiquo Poeta Saxone: "Tum sub iudicibus, quos Rex imponeret ipsis, Legatisque suis, permissi legibus uti Saxones patriis, & Libertatis honore," -- Præterquam quod Dignitas quoque

Comitis Palatii per Saxoniam jam olim cum ipso Ducatu fuerit conjuncta. Vid. Jus feud. Aleman. C. 42. -- cf. selecta Jur. publ. Tom. XI. p. 201. sqq. -- Chr. Gotti. Wolff. Tr. jur. publ. continens jura Vicariatus Imperii, Archi-Drotfalto, & Archimareschallo vindicata. Goerl. 1729. -- Carl Otto Reichenberg, Vicariatus Saxonici illustres natales ex Archi-Mareschallatu. Lips. 1712.

- (7) Quo intelliguntur Regiones, quæ ab antiquo Francici propriè juris fuere, scilicet: Suevia, Burgundia, Lotharingia, Belgium &c. ita Goldast. in Praef. ad Constit. Imp. -- Vid. de Selchow. Geschichte der in Deutschland geltenden Rechte §. 295. -- Haltann Glossarium p. 481. sq. -- Circulus tamen Burgundicus vigore Pacti CAROLI V. de A. 1548. immunis est. Corp. Jur. publ. p. 123. -- De Austria verò atque Bohemiâ, tanquam re minùs expeditâ, vide Moserum: T. VII. p. 541. -- Leibnitium: T. II. p. 102. -- Lunigium: P. spec. Contin. II. p. 129. -- de Beck: spec. I. jur. publ. Austr. p. 39. sq. & spec. II. p. 281.
- (8) Quo intelliguntur loca, in quibus tempore AUREÆ B. Leges & Consuetudines Saxonice quavis nunc abrogatae viguerunt, scilicet: Saxonia inferior, & superior, Westphalia, Terræ Brunsvico-Luneburgenses, Brandenb., Silesia, Lusatia, Moravia, Misnia, Thuringia, &c. ita Goldast. l. c. -- Vid. Mich. Henr. Griebner Diss. de terris Vicariatus Saxonici. Witt. 1741. -- Jo. Joachi. Hartmann de Vicariatu Sax. per Frisiam orientalem. Lips. 1724. -- cf. Pet. Homfeld. Diss. de libertate orientalis Frisiae circa Vicarium S. R. I. Regimen. Hal. 1744. -- de contentione super Limitibus utriusque Vicariatus Saxonici & Bayaro-Palatini a. 1750. Gentilitio foedere confopitis, vide Moser's Rechts-Staats-Handb. p. 39. -- Pütter Jus publ. L. 14. C. 1. §. 460. Lit. b. -- cf. Capit. Josephi II. art. 3. §. 19.

VI.

Interregno igitur cum Morte Imperatoris incidente, *Cæsareum Majestatis* à *Sigillum* frangitur à *Moguntino* tanquam S. R. I. *Archicancellario*, ipsumque *Judicium Imperiale aulicum* mox clauditur, omni Jurisdictione Cæsareâ in *Vicarios* translata (1) quorum quisque intra præscriptos, Tractûs sibi competentis, *Limites Judicium Vicariatus aulicum* (Vicariats-Hofgericht) constituit (2) ad quod *Causæ Senatui Imperiali aulico* obnoxie devolvuntur (3) quarum *Acta* hunc quoque in finem, ope *Moguntini* quâ *Archicancellarii*, sumtibus Partium, novo *Vicariorum Tribunali* sunt extradenda (4) *Camera Imperii* verò, nullam cum personâ *Imperatoris* mutationem subeunti ad continuandam in *Interregno* auctoritatem judicariam concurrentem (5) *Vicarii* communi nomine præsent. (6)

- (1) Frid. Willh. Ta singer de suprema in Imperio R. G. Jurisdictione tempore Interregni. Tüb. 1755.
- (2) In suâ scilicet quisque Aula, in locum, immò ad Exemplar circiter Judicii Imperialis Aulici, utpotè cum Cæsaris morte cessantis, ceû stante Interregno quiescentis, non ad novas tantum Causas, quibusve moræ periculum inest, tractandas, sed ad continuandas quoque antiquas -- Vnde Vicariatus statim adauntatur per utrumque Tractum Litteris patentibus vbiq; adfigendis.
- (3) Vide Capit. art. 3. §. 16.
- (4) Lites defuncto CAROLO VI. exindè natas recenset Moser in der Staats-Historie unter R. Karl VII. P. 1. p. 296. sqq.
- (5) Cum ipso scilicet Vicariatus Judicio, id quod causas tamen soli alias Senatui Imperiali Aulico reservatas sibi vindicat, nec ad Cameraam devolvi patitur. Vid. Capit. art. 3. §. 16. sq. -- cf. Vffenbach de Judicio aulico. C. 25. p. 281.
- (6) Sic Sigillum unitum, Titulusque Vicariorum, loco Cæsarei, conjunctim adhibetur in Cameraâ. Vide Pütter l. c. §. 462. -- Rothwilense tamen Judicium atque Franconica reliqua, solo utuntur Palatini nomine & Sigillo. Vid. Thulemar, de Oäoyratu. C. 22. §. 19. sqq. --

VII.

VII.

Præter Potestatem Judicariam uniuersalem Vicariis quoque jus competit investendi de Feudis Imperii minoribus (1) vnde infra anni & diei Terminum, siue à mutatione Vasalli, siue ab obitu Imperatoris elapsum, Investitura coram Vicariis renovari, aut Indultum ab iis peti debet, quin ipsa denuò Investitura coram novo Imperatore ampliùs sit repetenda (2) omnis autem Feudorum alienatio Provisoribus Imperii absoluta est interdicta. (3)

- (1) A. B. tit. 5. §. 1. vbi specialiter Imperatori reservantur Feuda majora, ceu Principum, aut Regalia, sic dicta: Feuda Throni, quorum investituræ impetrantur coram Throno Cæsareo -- vid. Capit. art. II. §. 7. -- vnde & Cognitionem super Causis feudorum regalium controversis Imperatori æquè reservatam esse, coram demonstrabimus. Vid. Vitriar. L. 3. T. 7. §. 2. & 6. sqq. -- Contra WEISBACH, de Jure Vicariorum &c. Alt. 1738. -- vid. Nic. Hier. GUNDELING, de Feudis Vexilli -- Gottfr. DAN. HOFFMANN Diss. de Feudis Throni. Tub. 1754. -- Jo. Chr. WILH. STRECK, de Feudis coram folio imperiali accipiendis. Lips. 1755. -- cf. Kœnig, von den hohen Reichs-Vicariatsgerechtsamen. P. I. p. 94. sq. §. 61. sq.
- (2) Capit. art. II. §. 6. & 7. quatenus hæc tanquam Lex posterior derogat anteriori, scilicet: A. B. Tit. 5. §. 1. -- Dissentit Jo. Ad. de ICKSTADT in vindiciis Juris Cæsarei, investendi & Juramenta Fidelitatis de novo recipiendi à Vasallis, qui tempore Interregni Feuda sua à Vicariis Imperii recognoverunt. Ingolst. 1762. cujus argumenta sub Examen vocavit cl. de SELCHOW, in der juristischen Biblioth. T. 2. p. 482. sqq.
- (3) A. B. tit. 5. §. 1. inf. -- cf. Henr. Gottl. FRANCKE progr. de Jure Vicariorum disponendi de Feudis Imperio apertis. Lips. 1748.

VIII.

Vltiora Vicariorum Jura veluti: Jus indicendi vel prorogandi Comitia (1) concedendi Privilegia (2) conferendi Dignitates (3) præsentandi ad Beneficia Ecclesiastica (4) constituendi Judicem Camere (5) &c. adeò expedita non sunt, quin hiæc omnibus, non attentâ Capitulatione Cæsareâ (6) adhuc Controversia moveatur. (7)

- (1) Quamvis Capit. art. 13. §. 8. hoc Jus Vicariis adstruat, Principibus tamen hucusque contradicentibus, ipsa necdum observantia Legi accessit. Vid. Ign. Chr. LORBER à STORCHEN, Diss. an Vicariis stante moderno Jure constituto competat Jus Comitia indicendi &c. Bambr. 1759. -- Neue Staats-Bibliothek. T. XI. p. 112. Jul. Melch. STRUBE, de Jure Comitiorum S. R. I. in Interregno. Gœtt. 1746. -- cf. Chr. Gottl. BUDER Observ. de Jure Vicariorum habendi Comitia Imperii. in ejusd. Amœnitatibus jur. publ. p. 107.
- (2) e. c. Academica, Nundinarum, Monetæ &c. Vide Frid. Wilh. PESTEL. Comm. ad Tabulas immunitatum acad. quas à FRIDERICO V. Ernestus Elest. Palat. a. 1619. obtinuit. Rintel, 1751. §. II.
- (3) Vide Pffeffinger ad Vitriar. Tom. III. p. 624. -- cf. Capit. nov. art. 3. §. 20.
- (4) Vi A. B. tit. 5. §. 1. quo nomine quidem Vicarii jam olim sed frustra exercere admittuntur Jus Primariarum præcûm, cum revera non nisi quorundam Capitulorum Præbendæ Regiæ (Königs Præbenden) intellectæ videantur. Chr. Gottl. BUDER. de Jure Vicariorum præsentandi ad Beneficia ecclesiastica. Jen. 1741. & in ejusd. Opusc. p. 457. sqq. -- dissentit Mich. Henr. GRIEBNER. de Præcibus primariis Vicariorum Imperii. Viteb. 1711. -- cf. Ayres, de Jure primariarum Præcûm. C. 3. §. 2. 16.
- (5) Vbi in Interregno hoc Munus vacare contingeret, cujus quoque Rei necdum adest observantia. Vide PÜTTNER. L. C. §. 465.
- (6) Art 3. §. 15. vbi: "auch nicht nachgeben, daß die Vicariats und deren Jura, sammt was denselben Abhängig, von jemand disputirt, und bestritten werde." -- ipsa enim Capitulatio cæsareâ in vim Legis Imperii fundamentalis, uniuersos Status ultra non obligat, ac in ipsam consentire censentur, salvis singulorum Juribus.

(7) Vid.

- (7) Vid. Selecta jur. publ. Tom. III. p. 436. sqq. -- cf. Mich. Henr. Griebner, de Juribus Vicariorum S. R. I. illis imprimis, quæ perperam à nullis in dubium vocantur. T. II. opusc. jur. publ. 1. sqq. -- Jo. Balch. Wernheri Diff. de Juribus Vicariorum in A. B. expressis. Witt. 1717. -- Eju s'd. Diff. de Vicariatu, quâ Jura Vicariorum in A. B. non expressa sistuntur. Lips. 1741.

IX.

Utrumprimùm *Imperator* neo-electus, jurejurando firmavit *Capitulationem*, cessat *Interregnum* unâ cum *Vicariatu* (1) cujus *Acta* intra sex Menses ad *Aulam Cæsaream* transmittenda (2) ipse *Imperator* confirmare obligatur. (3)

(1) Capit. art. 30. §. 6.

(2) Capit. art. 3. §. 17.

(3) Capit. art. 3. §. 19. sqq. -- Vnde cl. Selchovio l. c. §. 393. in f. Confirmatio isthæc cæsarea utilis magis quàm Necessaria videtur. -- de Vicariatu Italiæ, Regi Sardinia, quâ Sabaudia Ducia intrâ ipsius Territorium competente, vide Capit. nov. art. 26. §. 4. -- speciatim Legimerentur: Geschichte des Interregni nach dem Tod Caroli VI. P. I. p. 366. sq. -- Ger. Ad. de Münchhausen, Diff. de Vicariatu Italico. Jen. 1712. -- Jo. Car. Koenig. de Vicaria Potestate in Partibus Regni Arelatenfis & Italiæ. Marb. 1742. -- Generatim huc faciunt: Diff. Dom. Arumæi. de Roman. Teuton. Imp. Vicariatu. Jen. 1733. -- Jo. Ant. de Curti Francisci. Diff. de Vicariis Imp. & earum Potestate. Gief. 1734. -- Herm. von Wahrenberg, rechtsgegründete Untersuchung von denen Vicariis Imperii, oder Reichs-Berwesern. Regensp. 1741. -- Matth. Zimmermann. Diff. de Vicariatu S. R. I. ex Archi-Officiis. Erf. 1744.

COROLLARIA

Ex Titulo XIII. de Modis, quibus Imperium civile regulariter desinit,
in Genere & in Specie.

- I. **P**rinicipem, citra Populi Consensum alienando Imperium non patrimoniale, per se Majestatem hæud amittere, cum Grotio defendimus.
- II. Imperans familiaris propriâ non pollet auctoritate, exheredandi Filium Successorem utut manifestò degenerem.
- III. Rex sive patrimonialis sive familiaris, tacitâ Civitatis Derelictione, ceu factâ Imperii Renuntiatione non nocet Liberis nisi in Vtero necdum materno existentibus.
- IV. Regis Deshronizationem, extra unicum urgentis Legis commissoria Casum, semper illegitimam, Gentiumque Juribus inimicam esse statuimus.
- V. Clausula cassatoria Capitulationi Cæsareæ inserta substantialiter differt à Lega commissoria, qualis in Imperio non exstat, consequenter Imperatorem non tangit.
- VI. Nec ipsi Palatino ullo unquam Jure competiit Judicium in Cæsarem, non obstante A. B. tit. 5. §. 3.
- VII. Vti enim Palatinus olim non nisi velut Arbitrator honorarius Lites Cæsarem inter ac Status obortas judicare adsuevit, ita quoque Rupertus Imp. in Lite cum Bernhardo Badensi a. 1407. in Eminentissimum Colonensem, alique Imperatores in alios Procères pro libero planè arbitrio compromississe leguntur.
- VIII. Minus Summo Pontifici olim Jus fuit ac vel hodiè minimum erit, augustissimum Imperii Caput è Solio deponendi, spreto C. 2. de Sent. & re jud. in Sexto: ad Apostolicæ Sedis &c. — sub Rubr.; PAPA IMPERATOREM DEPONERE POTEST EX CAUSIS LEGITIMIS. h. d. secundum Paulum.

- IX. Vnde tot *Imperatorum Exauktiones*, ipsis utitur mediante Summis Pontificibus factas, tanquam legitimas defendere non possumus.
- X. Exemplum *Caroli V.* tot adhibitis Solennitatibus Imperium resignantis, nec *Observantiam* fundat, nec *Regulam* praescribit augustissimis *Successoribus*, qui ad retinendum Imperii Regimen nulla lege obligantur inviti.
- XI. *Imperatore* defuncto electus *Romanorum Rex* non nisi majorennis ipso Jure capeffit *Habenas Imperii*.
- XII. Alias *Interregnum* oritur, Rege *Romanorum* minorenni ad Annum *Ætatis XVIII.* permanente sub ipsa *Vicariorum Tutela*.
- XIII. *Imperatore* ad longum tempus extra Imperii fines degente, *Vicarii* rectè prætendunt *Administrationem Reipublicæ*.
- XIV. Nullo tamen Jure Summi Pontifices incidente *Interregno* latis olim *Constitutionibus* sibi adrogarunt *Vicarium Germania Regimen*,
- XV. Vnde *Clementi V.* in singulari *Constitutione Clement. Pastoralis &c.* ipsum Imperii *Vicariatum* sibi diserte vindicanti, jam primum obviam ivit non solum *Constitutio Francofurtensis Ludovici IV. Imp.* de a. 1338. sed ipsa etiam ejusdem anni celebris *Vnio Electorum*, sic dicta: *Lex Rensensis*, à *Maximiliano I.* a. 1508. quasi è cinere resuscitata, novoque solenni *Edicto* promulgata.
- XVI. Pari Jure efficaci *Joannem XXII.* in *Extravag. si fratrum &c.* ne Sede vacante &c. Idem sibi Jus foriter adferentem impedivit *Sanctio Carolina, Electorali Vniens Wormatiensi* de a. 1521. singulisque *Capitulationibus Cesareis* in futurum contra quoscunque Jure perpetuo confirmata.
- XVII. Tempore *Interregni* Causas soli alias *Senatui Imperiali aulico* reservatas, *Vicariatus* Jure sibi vindicat, nec ad *Cameram* devolvi patitur,
- XVIII. Vnde singula illarum aequè ac aliarum *Causarum* ibi pendentium *Acta*, ope *Moguntini*, ad *Instantiam & Summibus Partium* novo *Vicariorum Tribunali* fideliter sunt extradenda;
- XIX. Exceptis tamen *Causis Feudorum Imperii regalium* controversis, quarum nullam *Vicariis* habent *Cognitionem*, futuro *Imperatori* reservatam.
- XX. Non obstante *A. B. tit. 5. §. 1. Vasalli Investituram Feudorum Imperii minorum* tempore *Interregni* à *Vicariis* impetratam, deinceps coram novo *Imperatore* seu *Judicio Imperiali aulico* nullatenus obligantur repetere.
- XXI. *Capitulatio Cesarea* art. 13. §. 8. *Vicariis Imperii* ne vel minimum haecenus tribuere potuit *Comitia* indicendi ac vel prorogandi *Jus*.
- XXII. *Titulus V. §. 1. Aurea Bulla*, strictius intelligi nequit de *Jure primariorum Preclm*, id quod *Vicarii* jam olim sed frustra exercere adnituntur hoc nomine.
- XXIII. *Serenissimi Provisores Imperii*, nomine atque omnium *Imperii Ordinum* Auctoritate constituti, nullam quæ tales præ se ferunt *Majestatem*.
- XXIV. Ipsam *Actorum* finiti *Vicariatus Confirmationem Cesaream* non tantum simpliciter vilem, sed adeo necessariam esse, *exercitii causa* sustinemus contra *Cl. de Solchoss.* in *Elem. Jur. publ. §. 393. in fin.*



IX. Vnde tot Imperatorum
 tanquam legitima
 X. Exemplum Caroli
 fundat, nec Regni
 Regimen nulla leg
 XI. Imperatore defuncto
 Habenas Imperii
 XII. Alias Interregnum
 manente sub ipsi
 XIII. Imperatore ad locum
 Administrationem
 XIV. Nullo tamen Jure
 adrogarunt Vicari
 XV. Vnde Clementi
 Vicariatum sibi
 Francofurtensis Lu
 Electorum, sic d
 citata, novoque
 XVI. Pari Jure efficax
 Idem sibi Jus fo
 rtiensi de a. 1521
 Jure perpetuo co
 XVII. Tempore Inter
 Jure sibi vindica
 XVIII. Vnde singula
 rini, ad Instanti
 tradenda;
 XIX. Exceptis tamen
 habent Cognitione
 XX. Non obstante A.
 pore Interregni
 Imperiali aulico
 XXI. Capitulatio Cesa
 potuit Comitum
 XXII. Titulus V. §.
 id quod Vicarii
 XXIII. Serenissimi Pr
 constituti, nullan
 XXIV. Ipsam Actum
 vtilem, sed ade
 in Elem, Jur, p

Humis Pontificibus factas,
 tantis, nec Observantiam
 ni ad retinendum Imperii
 tennis ipso Jure capeffit
 anum Aetatis XVIII. per
 Vicarii recte prætendunt
 olim Constitutionibus sibi
 valis &c. ipsum Imperii
 t non solum Constitutio
 usdem anni celebris Unio
 1508. quasi è cinere resus-
 &c. ne Sede vacante &c.
 Electorali Unionis Worma-
 arum contra quoscunque
 lico reservatas, Vicariatus
 nantium Acta, ope Mogun-
 tribunali fideliter sunt ex-
 sis, quarum nullam Vicariis
 m Imperii minorum tem-
 Imperatore ceu Judio
 inimum hadenus tribuere
 Jure primariarum Precum,
 nomine,
 erii Ordinum Auctoritate
 non tantum simpliciter
 s contra Cl. de Seiboss.

